



B. g. y.

N66.47a

166
DV AE VE
TERES PROPHETIAE DE
pia Ecclesiae Dei instaurazione, ad nostra
tempora pertinentes.

M. Fla. Illyricus.

I. PET. III.

Tempus est, ut iudicium incipiat, a domo DEI.
Quod si primum incipit a nobis, quis erit finis eorum,
qui non credunt Euangeliō? Et si iustus uix
seruatur, impius & peccator ubi comparebit?

PROPHETIA
DE POLITICORVM ET
Ecclesiasticorum certami-
num euentu.

Sequitur prophetia Sibillæ per uersus.

B. studium perdet, L tota damnificatur.
Quod transibit ad A, Sed F ditabitur inde.
Bononiae crux alba ruet bis strage secuta,
Tertio crux rubra corruct ense graui.
Mel apes perdet, pueros sensu satuata.
Hæc faciunt opera Gallus, Bos, Crux, Leo, Spata,
Vrbs bona fiet ager, ex nidus philosophiæ,
Congerics lapidum, fertilitasq; famæ.
Lux erit obscura, dominans ancillaq; gaudens
Lugens, pax guerra, sordida cauda caput.
Exilium pauci terram capient et habebunt
In brachio forti, reliqui tunc pacce carebunt.
Tunc cadet Ecclesia fantastica, ueraq; stabit.
Post longum tempus pietas miseros reuocabit.
Et tunc tranquillæ stabunt partes simul illæ,
Crescent urbs, uillæ, notat hæc doctrina Sibillæ.

Ex veteri codice Bibliothecæ
Hilfeldensis.

Pro

PROPHE-

TIA S. HIDEGARDIS, QVAE
ante 400. annos uixit, De ruina Papæ, &
pia Ecclesiæ reformatione post impe-
rij inclinationem sequutura.


CONCILIVM, SCRIBIT HIL-
degardis uirgo sancta, quod sicut fides per
multa curricula dierum ad excelsa sancti-
tatis, uelut per scalas ascendit: ita in die-
bus muliebris leuitatis, quasi per quos-
dam descensus, a iustitia & honestate a sui
rectitudine inclinabitur: quia radix ini-
quitatis & obliuio iustitiæ, & in honestatis
squalor sunt exortæ. Et subdit: In illis au-
tem diebus, Imperatores Romanorum a sua
fortitudine, qua Imperiū strenue rexerunt,
descendēt, & imbecilles fient. Quapropter
multi Reges & Principes, cum Romano
imperio indefectū dispargentur: & quisq;
populus Regē sibi constituet, cui obediet.

Ab eo tempore totum orientale Imperium, &
maxima Europæ pars a Romano Imperio discessit.

Et postquā imperiale sceptrū hoc mo-
do diuīsum fuerit, nec recuperari poterit,
tunc

tunc etiam insula apostolici honoris diuidetur , quia nulla religio in Apostolico ordine inuenietur: & ea propter dignitatem illius nominis uilipendent, aliosq; sibi uiros & Archiepiscopos præficiunt, Ita etiā ut Apostolicus eo tempore ex diminutione honoris, uix Romam & pauca adiacentia sub insula habebit. Hæc autē ex parte per bellorum incursionē euenient: ex parte per cōmune conciliū & consensum spiritualiū & seculariū personarū. Tunc iustitia in sua rectitudine stabit, Ita ut in diebus illis homines ad antiquas consuetudines & disciplinas antiquorū hominū honeste se convertent, & eas obseruabunt sicut antiqui. (id est antiqua forma Ecclesiæ restitutur) Concordat gloria 2. Theessa:2. de illa discessione ab imperio & Ecclesia. Et Glos: super Dauielēm de bestia 10. habente cornua, dicit imperiū in 10. regna diuidendum.


Ex sylua locorū communiū Henrici Token, olim ante annos 130. Canonici Magdeburgensis ad uerbū,



B.I.G.

Farbkarte #13

| | | | | | | | | |
|------|------|-------|--------|-----|---------|-------|---------|-------|
| Blue | Cyan | Green | Yellow | Red | Magenta | White | 3/Color | Black |
| | | | | | | | | |
| | | | | | | | | |
| | | | | | | | | |
| | | | | | | | | |



DVAE VE-

TERES PROPHETIAE DE
pia Ecclesiæ Dei instauratione, ad nostra
tempora pertinentes.

M. Fla. Illyricus.

I. PET. IIII.

Tempus est, ut iudicium incipiat, a domo DEL.
Quod si primum incipit a nobis, quis erit finis eorum,
qui non credunt Euangeliō? Etsi iustus uix
seruatur, Impius & peccator ubi comparebit?